

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC  
DOMINO, DOMINO

ALBERTO MAR-  
CHIONI BRANDENBUR-  
GENSI, DUCI BRUSSIAE &c.

ERASMUS REINHOLD

S. P.

**P**RIMO ANNO EIVS belli,  
quod inter sese Graecae civitates gesse-  
runt, quodq; historia Attica voca-  
runt Peloponnesiacū, scribit Thucidides, Eclip-  
sis solis conspectam esse, quae tantas attulit te-  
nebras medio die, ut stellae in caelo apparerent.  
Nondum in Graecia tantum fuit eruditionis, ut  
certum tempus Eclipsis, durationem & locum  
historicus mandare literis potuerit & si gratia  
tum ipsi tum superioribus habenda est quae ali-  
quas Eclipses annotarunt, ut consensus aetati  
ostendant tristes earum significationes esse. Quae  
enim calamitates mox secutae sunt? Vagatus  
est in Graecia morbus terribilis, quo incensus  
pestilenti feбри intra paucos dies putrefacta  
bra-